



213.



429.

Disputatio XVIII.

DE IUDICIO FEVDALI.

QVAM,

A. D.

PRÆSIDE CLA-

RISS. ET EMINENTISS.

I. V. D. ET IN ILLVSTRI TVBINGEN-

SIVM ACADEMIA ANTECESSORE, PATRONO AC

praeptore suo honorando, Dn. Henrico Bocero, ordinarij

exercitij gratia, defendendam

suscipiet

IOHAN. GEORGIUS BESOLDVS,
Tubingensis.



TUBINGÆ,

Excusit Georgius Gruppenbachius.

ANNO M. DC.

iii



Disputatio VIII.

DE IUDICIO FERVORIS

ET

AD

PRÆSIDIO

REVERENDISSIMO

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

ET

PROFESSORIBUS

ILLUSTRIS

ACADEMIAE

ANTISTRIBUS

Excudit Georgius Geoppebachius

ANNO M. DC. LXXV.

iii



Disputatio XVIII.

DE IUDICIO FEVDALI.

THESIS I.

DE ACQUISITIONE, ET ACQUISITI FEVDI cōmodo, tum etiam de eius amissione, haectenus. Restat vt videamus, quibus remedijs quis ius suum, quod habet in feudo, conseruare vel recuperare possit.

I I.

Id quia dominus ab inuito Vasallo, aut hic ab illo, propria auctoritate, vel vi armata, consequi nequit: sed instituta actione, legitime apud iudicem id poscere debet: (a) dispiciendum nobis est de iudicio feudali.

a) *l. extat. 13. ff. quod met. caus. l. negamus. 9. C. d. O. & A. l. 1. C. de except. rei iud.*

I I I.

In quo cōsideratur tum actio, quā feudi nomine Vasallus contra dominum, aut conuasallum suum, vel quem alium, aut contra Vasallum vel extraneum, dominus dirigit: tum Iudex, qui de controuersia cognoscit: tum deniq; ipsa causae cognitio.

I V.

Actionem quod attinet, alia competit Vasallo, alia domino: Vasallo alia de feudo constituto, sed nec dum acquisito, alia item de feudo per inuestituram iam tradito & acquisito.

V.

Si quidem constitutum sit alicui feudum, sed nondum traditum, nouus ille Vasallus feudum actione in personam petere potest, ea nimirum, quam parit negocium illud, quo constitutum est feudum. (a) vt actione ex stipulatu, (b) ex empto, (c) si his modis constitutum fuerit feudum. Si permutatione, actione praescriptis verbis: (d) Si donatione, conditione ex lege (e) si pollicitatione legitima, iudicio extraordinario. (f) Si denique vltima voluntate vt-



pote testamento, alicui relictum sit feudum, actione directa, sine codicillo, vel donatione mortis causa, vtili ex testamento actione petitur. (g)

a) VVesenbec. in tract. d. feud. c. 17. nu. 8. Diff. Br. ad l. vn. num. 10. ff. d. condict. ex leg. qui asserit, quod actio de feudo nondum tradito, dicatur actio feudi, siue ex feudo. Eum sequitur Oldendorp. clas. s. c. d. act. benef. in prin. vers. quod autem. Alij, si feudum alio modo, quam per stipulationem sit constitutum, communiter existimant actioni ex moribus locum esse. (b) l. inter stipulante. 83. S. Si rem quam. ff. d. V. O. Inst. in pr. d. t. Duar. d. feud. cap. 18. num. 2. Borch. d. feud. cap. 9. nu. 10. Henr. à Rosenth. c. 12. concl. 1. Dn. Vult. lib. 2. d. feud. c. 1. num. 11. (c) l. ex empto. 11. in prin. & tot. tit. ff. d. act. empt. VVesenbec. d. loc. (d) per l. 4. C. d. rer. perm. l. 1. §. 1. ff. dict. tit. & l. 5. §. 1. ff. de prescrip. verb. (e) Nou. 162. c. 1. §. & sancimus. (f) de qua l. 8. ff. de pollic. ibid. VVesenbe. in Par. in princ. Nisi quis pollicitatione feudum Xenodochio, Nosocomio, vel Ptochio constituat, tum enim condictione ex lege conueniri potest, arg. l. si quis donauerit, 15. C. de SS. Eccl. iunct. l. vn. ff. d. condict. ex leg. (g) Arg. S. nostra autem ubi gl. in verb. personales, Instit. de legat. gl. in l. huiusmodi. S. vlt. in verb. persona. ff. de leg. 1. Mynsing. cent. 5. obser. 61. Licet etiam hoc in casu vtili rei vindicatione, aut hypothecaria actione, si constituens rei feudalis dominus fuerit, d. S. nostra autem Inst. de legat. & l. 1. C. comm. de leg. & fidei c. iunct. tit. 8. S. Rei autem, ibi, quasi vindicare, libr. 2. feud. aut si constituens bona fidei tantum possessor fuerit, & nondum vsuceperit dominium, publicana in rem actione vtili, Vasallus petere feudum possit, argu. l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de publ. in rem act.

VI.

*quid si p[ro]p[ri]etate Vasallus arg[ue]rit
feudum. p[ro]m[iss]um cogere, ne inu[est]itur
sim, an in op[er]e inu[est]itur.*

Sed si facta abusiua inuestitura, dominus recuset, Vasallo possessionem feudi tradere, quæ actio competat, quæ ritur? & hoc in casu eandem actionem ei competere, qua feudum peti potest ante inuestituram, certum est: cum dominus obligarit se ad tradendum ipsum feudum, vt proinde quandiu traditio hæc facta non est, vigere obligatio illius negocij rectè dicatur (a). Nisi hac inuestitura facta, Vasallus apprehenderit possessionem feudi, tum enim ne quidem domini prohibitione desinit illud habere (b).

a) Diff. Duar. d. feud. c. 18. per text. in tit. 7. §. vlt. lib. 2. F. quem sequitur Vult. de feud. lib. 2. cap. 1. nu. 12. Idem suadere videtur text. in tit. 26. §. si facta. libr. 2. & text. in tit. 4. §. 1. lib. 1. feud. (b) per l. qui saxum. 6. ff. de donat.

Hacq[ue]

VII.

Hæcque actio semper competit, in tantum, vt siue facta abusuua inuestitura, (a) (quo casu fructus à tempore moræ simul adiudicantur) (b) siue nec dum facta (c) dominus præcisè tradere ipsum feudū teneatur; nec liberetur præstando interesse. Daturq; hæc actio hæredibus Vasalli masculis (d.) in dominum, & eius hæredes. (e)

a) Tit. 4. § 1. lib. 1. tit. 7. §. vlt. tit. 26 §. Si facta, libr. 2. feud. (b) tit. 7. ibi omnem utilitatem, lib. 2. feud. & arg. l. fructus, l. pen. C. & l. 13 §. si fructib. ff. de act. empt. (c) de quo in alia disput. Diff. interpret. communiter, vt Mynsing. cent. 4. obseru. 61. Borcholt. cap. 9. (d) tit. 9. ibi, heredi, vbi Belu. Aluarot. num. 4. Præpos. num. 2. & Afflict. num. 62. libr. 1. feud. Duar. c. 18. num. 5. (e) tit. 3. in fin. tit. 9. libr. 1. feud. tit. 26. §. morib. tit. 35. ibi, quod etiam in laicis, lib. 2. feud. cõsonat ius ciuile, l. 49. ff. d. O. & A. l. 57. de V. O. l. 3. C. de reb. alien. non alien. l. cum autem C. de rei vind.

VIII.

Si verò tertius rem possideat, an Vasallus abusuè inuestitus cõtra eum experiri possit? non liquet. Quod abnuimus.

Andr. de Ifern. in prælud. feud. quest. 6. Hartmann. Pistor. 2. quest. 20. num. 26.

IX.

Feudi possessione acquisita, datur Vasallo tum actio in personam, tum vindicatio, tum etiam interdicta. In personam actio datur Vasallo de euictione, pro ratione negocij, quo constitutum feudum, (a) si ipsi feudum sit euictum, ad hoc, vt dominus Vasallo eiusdem bonitatis feudum præstet, vel nummos in feudum dandos numeret.

a) Nã re euicta, eadẽ competit actio, qua res ipsa petit poterat. Sic re emptã euicta, ex empto agitur de euictione. l. 70. de euic. ex pmutatione accepta, præscriptis verbis, l. 1. §. 1. de rer. perm. l. 29. C. de euict. Re legata euicta, actione ex testamẽto. l. 58. de euict. Cuiac. tamen ad tit. 8. libr. 2. feud. & eũ secutus Borch. c. 9. nu. 17. præscriptis verbis actionem dari dicit. Alij de euictione Vasallo conditionem ex moribus competere autumant, Henr. à Rosenth. & ab eo all. c. 8. conclus. 56. in fin.

X.

Quasi vindicatio Vasallo competit aduersus quemlibet possessorem, siue ille sit extraneus, siue dominus: (a) siue de ipso feudo, siue de seruitutibus feudo debitis (b) agatur.

iii 3

a) Tit. 8.

Q V A R T Æ C L A S S I S

a) Tit. 8. §. rei autem, ibi, à quolibet possidente, & ibi feudista, & tit. 22. §. plura autem lib. 2. feud. l. 1. in fin. ff. si ag. vectig. (b) tit. 8. §. rei autē, vers. nā & seruiturē, lib. feud. tū enim quasi confessoria, & quasi negatoria tribuntur.

X I.

Competere etiam Vasallo interdicta, cum rei feudalis possessio ad Vasallum pertineat, & interdicta de possessione dentur, certum est.

Id quod argu. text. in tit. 22. §. curia autem, lib. 2. feud. & dictum est supra disput. 16. shes. 41.

X I I.

Quæ Vasallo nomine feudi actio competat, & ad quid, hætenus. Domino actio datur, tum in personā, tum in rem: vel aduersus ipsum Vasallum, vel aduersus extraneum. Vasallum conuenire potest dominus, vel præscriptis verbis actione, (a) non præstitis nimirum seruitijs, cæteris uè pacto inuestituræ comprehensis: vel ex stipulatu, (b) si domino stipulanti, Vasallus seruitia, vel quid aliud promiserit: vel actione eiusdem contractus bonæ fidei, quo feudum primum constitutum est, (c) si quod pactum obligatorium ipsi contractui in continenti sit adiectum: conditione causa data, causa non secuta, si dominus feudum potiùs reuocare, quàm sibi ulterius debita seruitia præstari velit: (d) vel denique conditione ex lege, si Vasallus domino noua quadam lege, vel conditio ex moribus, si noua quadam feudali consuetudine sit obligatus, nec cautum eadem lege vel consuetudine, quod actionis genus in Vasallum dirigi debeat. (e)

a) Tit. 21. ibi, vel si dominis suis deseruire noluerint, tunc conditio causa data proponitur ad repetendum feudum, lib. 1. feud. l. reb. 6. C. de rer. perm. (b) Instit. d. V. O. in prin. & l. inter stipulantem, 83. §. si rem quam. ff. dict. tit. Vult. lib. 2. de feud. cap. 1. num. 17. (c) pacta enim bonæ fidei contractib. adiecta, cum ipsi contractui insint, tanquam eius pars, l. 7. §. quin imò. ff. de pact. certè eiusdem contractus actionem producant. l. Imperator, 16. ff. de in diem addict. l. 4. ff. de leg. commiss. l. si sterilis, 21. §. si tibi fundum. ff. de act. empt. l. qui fundum 75. & l. fundi, 79. ff. de contrahent. empt. (d) dict. tit. 21. in prin. lib. 1. feud. ut si seruitia promissa, si fidelitatem non præstet, argum. tot. tit. ff. de condict. caus. dat. (e) l. vn. ff. de condict. ex leg. Vult. lib. 2. de feud. cap. 1. num. 17.

X I I I.

Sed quæritur, num conditione quoque ex moribus ob illicitam feu-

tam feudi alienationem, vel propter infidias domino positas, vel excucurbitatione domini, vel quam aliam ob culpam à Vasallo commissam, dominus reuocare feudum possit? quidam affirmant, (a) quidam negant: (b) nos distinguimus inter culpam in ipsum dominum commissam, & eam, quæ in alium commissæ est: priori casu id negamus, posteriori affirmamus.

a) Petr. Aurel. in aur. pract. rubr. 56. 57. & seq. (b) Duar. de feud. cap. 19. Dn. Vult. d. libr. 2. c. 1. num. 19. (c) quia obligatio illa, qua Vasallus feudum ob culpam in ipsummet dominum commissam, reddere tenetur, non est ex noua lege vel consuetudine feudali, sed ex cõmuni illo iure, quo datam ob causam, causa nõ secuta, repeti potest. t. r. ff. caus. dat. caus. non secuta. (d) vt si Vasallus fratrem suum, aut fratris filiũ, ad hoc interfecerit, vt solus feudũ habeat, cautũ enim est in iure feudali, quod hoc casu feudum amittat, tit. 5. §. item si fratrem, lib. 1. tit. 24. §. denique, & tit. 37. lib. 2. feud. non tamen ipsis feudorum morib. cautum, quo actionis genere feudum repeti debeat.

XIV.

Rem ipsam dominus vindicare potest, & actione reali Vasallum conuenire, ex quacũq; causa feudum Vasallus amiserit.

Tit. 54. in fin. ibi. & dominus in suos vsus illud habeat redigendi liberã facultatem, & tit. 55. §. Callidis ibi, & ad dominum liberè reuertatur, & §. firmiter, lib. 2. feud. iunct. l. in rem 23. in pr. & tt. tt. ff. de rei vind. & l. vlt. vers. Ergo cum nõ sint. ff. de vsuf. quem admodũ caueat. Borch. c. 9. n. 21. Pleriq; tamen Dd. quos refert & sequitur Aluarot. ad tit. 24. §. sed nec alia, n. 4. lib. 2. feud. item Vult. lib. 2. c. 1. nu. 19. distinguunt inter feloniam, qua Vasallus ipso iure feudum amittit, & eam causam, quam per iudicis sententiã amittat. Sed proxima disput. XVII. firmissimis nationib. ostensum, feudum regulariter amitti ipso iure ob omnem culpam sufficientem ad feudi amissionem.

XV.

In extraneũ domino similiter in rem actio competit, si extraneus aliquis possideat rem feudale, quæ adhuc feudalis est, & Vasallus agere nolit, (a) vel si extraneus feudum à Vasallo illicitè alienatũ possideat: (b) tum etiam, quando quis rem feudalem esse asserit. (c)

a) Tit. 8. §. rei autẽ, vbi Dd. lib. 2. feud. (b) d. tit. 55. §. Gallijs, lib. 2. (c) tit. 2. §. Si verò Vasallus, 2. feud. Quæ actio negatoria vocari nequit, cum hoc in casu actor rem non possideat, cõtra naturã negatorie actionis, §. equè si agat iunct. §. seqq. Iustit. de act.

In qua-

In quaestionem non incōmodè hic vocamus, an actio præiudicialis, quæ in rem esse videtur, (a) competat domino, in tantum, quantum Vasallum suum asserit, conuentus verò neget se eiusmodi conditionis hominem esse? Item, an interdicta domino, contra tertium, siue extraneum aliquem, concedantur? Prius ex communi Dd. opinione (b) negamus: Posterius quod attinet, domino nec interdictum vnde vi, vel vti possidetis, concedi, rectè asserimus (c).

a) §. præiudiciales Inst. de act. (b) de qua testatur Schneid. ad d. §. præiudiciales, num. 23. (c) Borcholt. c. 9. num. 26. Vtrumq; enim proximè scriptorum interdictorum datur de possessione amissa recuperanda. l. 1. §. 1. & aliquot seqq. de vi & vi arm. l. 2. in princ. l. 4. in princ. l. 5. C. vnd. vi. tot. tit. ff. & C. vti possidetis: certum autem est, non dominum, sed Vasallum rem feudalem possidere. tit. 3. & tit. 4. §. 1. libr. 1. feud. tit. 7. in fin. tit. 8. §. vlt. tit. 26. §. si facta, lib. 2. feud. Nec dici potest dominum rem feudalem civiliter, Vasallum verò naturaliter possidere: quo argumēto contrariū in hac quaest. deciderunt Baro 4. de beneficijs. cap. 7. Duar. hic cap. 19. nam. 6. Rosenthal cap. 12. conclus. 6. Vult. 2. cap. 1. Quamuis enim Vasallus naturaliter possideat rem feudalem, non tamen ideò dominum feudi rem feudalem possidere civiliter, euincitur: cum duo in solidum rem eandem possidere nequeant, de quo alibi.

XVII.

Vt & domino, si in quasi possessione iuris sui turbetur à Vasallo, puta si debita seruitia præstare nolit, interdictum vti possidetis tribuere, à theorica veritate alienum est.

Tum quia hoc interdictum non ei, qui ius, sed qui rem soli possidet, ascribitur. l. 1. §. 1. & §. pen. ff. vti possid. tum quia, ut supra dictū est, hoc in casu actio præscriptis verbis locum habet, interdictū verò vti possidetis, si alia actio competat, denegatur. l. 3. §. sed si supra, vers. caterum, dict. tit. l. 1. §. 1. de superf. Diss. Rosenth. c. 12. conclus. 6. Vult. 2. c. 1. num. 22.

XVIII.

Vnde, si dominus ab extraneo de quasi possessione iuris sui, quod in Vasallum habet, deiciatur, vel saltem impediatur in perceptione, verbi gratia, annuæ præstationis, siue pensionis, reiectis remedijs à Dd. (a) confictis, & in praxi obseruatis, iniuriarum actionem competere domino verius.

a) Iohan. Borcholt. dict. cap. 9. num. 27. Ferrar. in form. libell. de turb. poss. in verb. coram vobis, num. 3. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 107. 108. 115.

DISPUTATIO XVIIII.

433.

134. 135. 137. & seq. & Iohan. Schneid. ad §. retinenda. Instit. de interdicit. qui ad interdicta contra sup. alleg. rationes hic domino confugiendum esse autumant. (b) argum. l. 13. §. vlt. vers. aut si quis re mea. ff. de iniurijs. l. item apud 15. §. Si quis bona. 31. ff. dict. tit.

XIX.

Denique ut actiones, sic & defensiones, siue exceptiones feudi nomine, tum Vasallo, tum etiam domino, contra extraneos agentes, competunt; cum cui actio tribuitur, eidem multò magis exceptio concedatur.

l. inuitus. 156. §. 1. de reg. iur. t. 26. §. si Vasallus, tit. 28. §. si Vasallus, & tit. 43. lib. 2. feud.

XX.

Cognito quæ actiones feudi nomine competant, perspicendum est de iudice, coram quo hætenus disquisitæ actiones proponantur. Qui pro diuersitate casuum varius: litigatur enim vel inter dominum & Vasallum, vel inter Vasallos ipsos, non raro inter dominum & extraneum, siue denique inter Vasallum & extraneum.

Hotoman. in disput. c. 42. Rosenth. c. 12. conclus. 13.

XXI.

Casu omnium supra positorum primo, regulariter & indistinctè (a) pares curiæ siue curtis iudices esse iubentur, (b) si de feudo litigetur: (c)

a) Ita cont. interp. differentiam facientes inter controuersiam quæ est de amissione feudi, & eam quæ aliud negotium concernit, sentit. Duar. cap. 20. num. 1. Vult. 2. cap. 2. num. 33. Rosenthal. c. 12. conclus. 30. per. tit. 20. vers. item dicit, libr. 2. feud. Insuper propter generalitatem textuum minimè distinguimus inter domini & Vasalli qualitatem: siue ergò dominus sit Imperator aut Rex, siue litigans clericus existat coram paribus curiæ laicis comparere, & eorum sententia stare tenetur, Mynsing. 4. obseruat. 89. Schrad. p. 10. sect. 5. num. 2. Rosenthal. c. 12. conclus. 16. & c. Vult. cap. 2. num. 23. (b) tit. 16. in princ. tit. 20. in princ. tit. 39. §. Si inter dominum, tit. 55. §. penult. vers. Si verò, libr. 2. feud. Mynsinger. 1. obseruat. 99. 4. obseruat. 89. §. obseruat. 68. Gail. 1. obseruat. 1. numer. 54. Schrader. part. 10. sect. 5. (c) tit. 16. in princ. tit. 20. in princ. tit. 39. §. Si inter dominum, tit. 55. §. pen. lib.

kkk

2. feud.

Q V A R T Æ C L A S S I S

2. feud. Alex. consil. 79. num. 4. & seq. vol. 1. Nic. Euerh. consil. 158. nu. 4. & c.
Mynsing. 1. obs. 99. Schrad. p. 10. sect. 6. nu. 32. & c. nu. 135. & seq.

X X I I.

Est autem in arbitrio litigatorum, vtrum omnes, an quidam pares curiæ iudicare debeant; si quosdam tantum partes eligere malint, prior id dominus, posterior Vasallus, secundum numerum à domino comprobatum, facit.

Tit. 16. lib. 2. feud. Hart. pract. obser. tit. 54. de feud. obs. 22. Sonsbeck, p. 14. num. 32. Clar. § fructum, quæst. 9. nu. 2.

X X I I I.

Si pares curiæ nullos dominus habeat, alij in horum locum domini Vasalli, & in eorum quoq; defectum iudex loci ordinarius succedit. (a) Qui quoq; adeundus est, si alterutri partium pares suspecti sint, (b) vel si hi in aliorum testium defectum examinentur. (c) Hæc q; omnia in tantum vera sunt, in quantum aliud consuetudine non fuerit receptum. (d)

a) Tit. 16. in prin. ibi, si tamen pares habeat, lib. 1. tit. 20. ibi, pares non habet, lib. 2. feud. iunct. l. 2. C. de iurisd. Borch. c. 10. nu. 13. Rosenth. cap. 12. concl. 25. Vult. 2. cap. 21. num. 34. (b) Hart. Hart. pract. obs. dict. tit. 54. obseru. 21. Borch. cap. 10. num. 11. Vult. 2. c. 2. num. 33. (c) Borcholt. dict. cap. num. 12. Rosenthal. c. 12. conclus. 25. (d) Tit. 1. in prin. lib. 2. feud. Borch. dict. c. num. 14. Vult. 2. cap. 2. num. 37.

X X I V.

Si quoq; controuersia sit orta inter dominum & Vasallum, non ramen de feudo, aut ratione feudi, tum loci ordinarius, & communis iudex adeundus est, non pares curiæ.

Duo enim coniunctim requiruntur, vt pares curiæ sint iudices inter dominum, & Vasallum. I. vt contentio sit inter dominum, & Vasallum. II. vt lis sit de feudo. tit. 16. in prin. tit. 20. in prin. tit. 39. §. Inter dominum. & tit. 55. §. pen. vers. Si vero, lib. 2. feud. Mynsing. cent. 1. obser. 99. Schrad. part. 10. sect. 6. num. 32. & seqq. nu. 135. & seq.

X X V.

Sufficit tamen alteram litigantium partem affirmare, quod sit feudum, licet reuera non sit.

Dict. tit. 20. & d. tit. 39. §. Si inter dominum, lib. 2. feud. Schrad. dict. part. 10. sect. 6. num. 143. & tribus seqq.

Hinc

DISPUTATIO XVII.

434

XXVI.

Hinc quæritur, an pares curiæ sint iudices, si de feudi tantum promissione lis sit inter dominum & Vasallum, & huius liti nomine actio tantum personalis sit mota à Vasallo contra dominum, ut ille ab hoc de feudo inuestiretur? Et licet negata sententia communi Dd. calculo sit recepta (a), affirmantem tamen feudorum ius haud respue-
re videtur (b).

a) *Schrad. dict. part. 10. sect. 6. nu. 167. & seq. Rosenthal d. cap. 12. conclus. 25. Vult. lib. 2. cap. 2. num. 32. (b). In text. tit. 39. §. Si inter dominum, in prin. iunct. vers. Sed si nihil. lib. 2. feud.*

XXVII.

Est & illud quæstionis controuersæ, vtrum pares curiæ iudices sint necne, si contentio sit inter dominum & Vasallum de inuestitura feudi, Vasallus autem nullum aliud feudum à domino habeat, quam de quo se inuestituram accepisse affirmat? Mynsingerus (a) sentit, ordinarium loci iudicem de hac cognoscere lite, non pares curiæ; Schraderus (b) verò & hic pares curiæ adeundos esse existimat, & rectè quidem (c).

a) *Cent. 1. obser. 99. (b) dict. part. 10. sect. 6. nu. 164. & seqq. (c) per text. in d. tit. 39. §. Si inter dominum, lib. 2. feud.*

XXVIII.

Vocatur & illud in quæstionem, an pares curiæ iudices sint inter dominum & Vasallum, si alia actione, quam condictione ex lege, vel condictione ex moribus feudorum, Vasallus contra dominum, vel hic contra eum consistat? Mynsing. (a) & Schrader. (b) post alios id negant; quibus tamen haud temerè subscribendum iudicamus (c).

a) *Cent. 5. obser. 99. (b) dict. part. 10. Sect. 6. num. 40. (c) Tum quia huic negato enunciato nullum in feudorum iure fundamentum est positum, proindeq. nec recipiendum. l. 5. in princ. ff. de probat. Tum quia generalitas textuum in dict. tit. 16. in princ. tit. 20. in princ. tit. 39. §. Si inter dominum, & tit. 55. §. pen. lib. 2. feud. eam opinionem non patiuntur. Tum quia pares curiæ sunt quoque iudices inter dominum & Vasallum, quando hic ab illo inuestituram petit, tit. 20. & tit. 39. §. Si inter dominum, lib. 2. feud. Tum postremò, quia inter dominum & Vasallum iudices sunt pares curiæ, quando dominus rei vindicatione repetit à Vasallo feudum culpa eius amissum, tit. 21. in princ. tit. 22. §. vlt. lib. 1. feud. & tit. 22. lib. 2. feud.*

kkk 2

Anceps

Anceps est & hæc quæstio, vtrum lis inter dominum & Vasallum de feudi possessione orta, ad cognitionem parium pertineat, vel ad iudicis ordinarij tribunal? Communis tamen conclusio est (a), & hanc controuersiam Paribus curiæ committi debere; cui & nos adharemus (b).

a) *Vt scribunt Henr. à Rosenthal, dict. cap. 12. conclus. 14. Vult. lib. 2. feud. cap. 2. num. 40.* (b) *Tum per generalem text. in tit. 20. in princ. & tit. 39. §. Si inter. & tit. 55. §. pen. lib. 2. feud. Tum etiam quia id nominatim & specialiter cautum videtur in tit. 22. vers. Si verò Vasallus, libr. 2. feud. Dissentit à communi Vult. d. c. 2. num. 40.*

X X X.

Quod si pares curiæ recusent cognoscere de lite domini & Vasalli, non necesse habent inuiti ordinarium adire iudicem, sed cogere possunt eos vt iudicent.

Cum enim iure communi iudex cogi possit, vt iudicet, l. si quis, 9. & l. vlt. §. iudicandi ff. de munerib. & honor. l. Prætor 13. §. Qui autem, ff. de vacat. & excusat. muner. certè & iure feudali, tit. 1. in fine principij, libr. 2. feud. Iul. Clar. in §. feudum, quest. 90. num. 3. & Schrader. dict. part. 10. Sect. 6. num. 221. & seq.

X X X I.

Hic necessariò quærimus, an existentibus paribus curiæ supra dictis casibus iudicibus, ij, vt alij iudices, iuramentum, quo se secundum æquitatem & iustitiam iudicaturos promittunt, præstare teneantur? Ita contra communiorem sentimus.

Præpos. tit. 55. §. pen. libr. 2. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. c. 17. in fin. cum contrarium in iure feudorum expressum nõ reperiatur. Diss. Mynsing. 4. obseru. 83. Borcholt. cap. 12. num. 37. Vult. 2. c. 2. num. 39. Obst. videtur tit. 16. in fin. & tit. 55. §. pen. lib. 2. feud.

X X X I I.

De loco huius iudicij conueniunt pares cum partibus (a) vel statum moribus maiorum: (b) aut deniq; pares talem quem voluerint (c) eligunt. (d)

a) *Argum. l. quid tamen, 21. §. Si arbiter, de recept. (b) l. si locus, 25. de iudic. (c) inspecta tamen dignitate, l. pen. in fin. de iustit. & iur. & cõmoditatis ratione, d. l. quid tamẽ, 21. §. Si arbiter, 10. vers. Quid tamẽ, de recep. (d) Bl. ad tit. 55. §. præterea, num. 20. Schenck. & alij, ad tit. 26. libr. 2. feud. Nec parium*

parium curia hac in re concordabit dissidium dominus, ut voluer. Rosenthal. cap. 10. conclus. 46. Vult. 2. cap. 2. nu. vlt. Sed potius est, ut cum paribus curia se dominus, utpote pars litigans, committere teneatur, tit. 22. vers. cum autem, lib. 2. feud. illorum maiori partis sententia stetur. arg. l. item si, 17. §. vlt. & l. seq. de recept.

XXXIII.

Parium curia sententia laesa pars prouocationis auxiliū ad maiorem iudicem, saluum habet.

Tit. 22. vers. quod si ter. vbi Afflict. nu. 2. & 27. lib. 2. feud. add. Gail. 1. obs. 1. nu. 46. ubi de vsu camerat.

XXXIV.

Sequitur de iudice conuasallorum, de feudo inter se contententium: vbi pro regula obseruandum, hic ipsum dominum, si certum sit litigantes esse conuasallos, iudicem esse competentem. (a) Si ergo contentio sit de feudo inter conuasallos Imperatoris siue Regis, puta Duces, Comites, Marchiones, ipse Rex iudicium exercebit. (b) Vt & si de minori feudo ab Imperatore vel Rege concessio, conuasalli dissideant. (c)

a) Tit. 55. §. pen. libr. 2. feud. c. extranmissa, extra de for. comp. c. caterum, de iudic. (b) tit. 18. in prin. libr. 1. feud. tit. 34. in prin. libr. 2. nec camera Imperialis cōcurrentes cum Imperatore iurisdictio hic aliquid operatur. Cammerg. Ord. p. 2. tit. 7. Gail. 1. obseru. 43. (c) tit. 34. in princ. vers. Mediolani, tit. 55. §. penult. libr. 2. feud. Quamuis hoc casu iurisdictio camera Imperialis prauentione fundetur. Gail. 1. obseruat. 29. num. 23. Hartman. pract. obseru. d. tit. 54. obs. 43. Borch. c. vlt. num. 3.

XXXV.

Lite similiter existente inter conuasallos non Imperij, sed alios, coram ipsorum domino, nisi causa ipsum quoque concernat, ea expedietur.

Per text. generales in tit. 52. §. pen. libr. 2. feud. c. extranmissa, de for. comp. c. caterum, de iudicij. Obst. videtur tit. 18. in prin. vers. Si verò, lib. 1. tit. 15. §. illud sciend. tit. 34. in princ. vers. Si autem tit. 43. vers. & responsum, tit. 46. in princ. libr. 2. feud. vid. Duar. cap. 20. num. 4. Vult. 2. cap. 2. num. 17. & seq. quae omnia, ut per se sunt controuersissima, ita exercitium disputationis plana reddet.

XXXVI.

Et iudicat dominus laicus inter Vasallos clericos, vel horum vno eius

eius conditionis existente, (a) licet quoq; controuersia non sit de feudo ipso, sed de possessione rei feudalis. (b)

a) *c. verum. c. ex transmissa, de for. comp. Menoch. retin. poss. rem. 3. num. 396. Gail. 1. obser. 37. nu. 3. (b) Menoch. dict. loc. num. 377. & c. fac. l. nulli, 10. C. de iudic.*

XXXVII.

Quamuis autem Iudex ordinarius vt suspectus remoueri nequeat, & hisce casibus dominus ordinarius Iudex sit, vt suspectus tamen remoueri potest: (a) Non tamen eo repudiato, alium adire quæunt iudicem, vt communior est traditio. (b) Nisi palàm iustitiam denegauerit. (c)

a) *Bl. ad const. d. pac. Const. vers. Si qua controuersia, nu. 3. Somb. part. 14. num. 17. per. tit. 15. vers. mihi & alijs. tit. 46. vers. & responsum, libr. 2. feud. Diss. Menoch. d. remed. 3. num. 391. (b) tit. 15. in fin. vbi Goth. tit. 46. in fin. libr. 2. Clar. §. feudum, quest. 19. Marant. part. 4. dist. 12. num. 19. & part. 6. tit. de comprom. num. 22. Gail. 1. obseruat. 40. num. 6. Duar. cap. 20. num. vlt. (c) tit. 22. in fin. libr. 2. c. ex transmissa, c. ex parte, de for. compet. c. caterum, de iudic. Cammerg. Ord. part. 2. tit. 1. §. Es sollen auch.*

XXXVIII.

Similiter alium iudicem eligere domini permisso expresso, (a) conuassalli possunt. (b)

a) *Non tacito consensu, seu patientia, Menoch. d. rem. 3. num. 418. Diss. Borch. cap. 10. num. 30. Vult. 2. cap. 2. num. 21. Cum enim hic agatur de praiudicio domini, certè eius tacitus consensus non sufficiet, l. 8. §. inuitus, de procur. l. penult. de fruct. Menoch. 2. presumpt. 74. num. 8. & 3. presumpt. 42. num. 10. & 24. (b) Menoch. d. rem. 3. n. 417. Borch. c. 10. nu. 29. Gail. 1. obseru. 1. num. 55. Vult. 2. cap. 3. num. 8.*

XXXIX.

Restat vt breuiter dispiciamus, quis, si Vasallus vel dominus cum extraneo de feudo litigare cogantur, hanc controuersiam sopiat: & ordinarium esse adeundum communiter traditur, siue dominus cum extraneo, (a) siue Vasallus, (b) agant, vel conueniantur.

a) *Tit. 41. §. 1. & 2. tit. 42. libr. 2. VVesenbec. h. cap. 17. num. 6. Rosenthal. cap. 12. conclus. 30. Vult. 2. c. 2. num. 31. adde Mynsing. 5. obseruat. 65. num. 3. (b) tit. 27. §. si duo. vers. quod si. & seq. lib. 2. obst. videtur tit. 46. vers. & responsum.*

Expositis

XL.

Expositis actionibus & iudicibus feudalibus, conuenit, vt modus agendi, & ad processum seu causæ feudalæ cognitionem pertinentia, non negligantur. Vbi ante omnia quæritur, an reconuentio seu mutua petitio coram domino vel paribus curiæ, in hoc feudali iudicio etiam de alia quam feudali causa proponi possit? & non posse, (a) nulli dubitamus.

Schenck. ad tit. 16. lib. 2. Sonsb. part. 14. num. 38. VVesenb. c. 17. nu. 9. Myns. 4. obseru. 90. Rosenth. c. 12. conclus. 48. Vult. 2. c. 3. num. 9. Diff. gl. fin. & pleriq; interpp. ad tit. 16. Bl. ad tit. 55. §. pen. nu. 12. lib. 2. feud. Gail. 1. obs. 1. nu. 57. Mozz. de nat. feud. num. 114. vers. an verò. Quamuis enim reconuentio coram omni iudice proponatur, non tamen id procedit ratione causarum quæ ad certum & proprium iudicem pertinent.

XLI.

Cognitio causæ feudalæ continetur tum causæ disceptatione, quæ fit à litigatoribus coram iudice feudali; tum controuersia feudalæ decisione, quæ ipsi iudici incumbit. Ipsa litigatorum disceptatio constat partim modo & ordine præcedendi, partim etiam intentionis probatione. Ordo & modus ille ferè is est, (a) quem ius commune præscribit in causis alijs.

a) *Cum iure feudali alius proditus non reperiatur. Sonsb. part. 14. nu. 35. Hart. pract. obseruat. dict. tit. 54. obser. 45. VVesenbec. cap. 17. num. 10. Gail. 1. obseru. 1. num. 55.*

XLII.

Iuramentum caluminiæ quod attinet, vt illud Vasallus à domino, cum quo de feudo disceptat, proinde quæ è contra, neque dominus à Vasallo exigere potest: (a) ita id in alijs supra relatis casibus, quibus de feudo iudicialiter controuertitur, vt præstetur, rectè petitur. (b)

a) *Tit. 33. §. in quib. libr. 2. feud. fac. l. 16. de iureiur. l. 7. §. nec deferentes de obseq. parent. cum si mill. Quamuis Vasallus domino fidelitatis iuramentum non præstiterit. Rosenth. c. 12. concl. 49. Vult. 2. c. 3. n. 6. Diff. Dd. communiter, Schenck. tit. 33. §. in quib. libr. 2. Hartm. dict. tit. 54. obs. 45. (b) Gail. 1. obs. 1. nu. 55. Vult. 2. c. 3. nu. 8.*

XLIII.

Ad probationem causarum feudalium accedentes, primo omnium eius genera hæc proponimus: testimonium, instrumentum, iusiurandum, & duellum.

Hotorn

Hotoman. in disput. cap. 43. explorationem, Interpret. alij præsumptionem quoque adijciunt, Rosenthal, cap. 12. conclus. 60. Vult. cap. 3. nu. 10. & 21.

XLIII.

Circa testimoniū dispiciendū primò denummo testium, post de eorundem conditione. Numerus testium alius est in controuersijs, de inuestitura, alius in lite, de feudi ex culpa amissione: illo casu duo (a) sufficiunt, hoc verò quinq; (b) requiruntur.

a) *Tit. 26. §. Si is, lib. 1. tit. 2. in princ. tit. 58. §. 1. lib. 2. Mascard, concl. 940. nu. 6. vol. 2. (b) tit. 57. lib. 2. tit. 22. lib. 1. feud.*

XLV.

Conditionem testium quod attinet, in omnibus quæ ad feudum pertinent causis, regulariter testimonium desideratur testium duntaxat marium; (a) & quidem parium curiæ, non extraneorum, si de nouæ inuestituræ probatione agatur, (b) feudi non Ecclesiastici. (c)

a) *Tit. 32. §. vlt. lib. 2. feud. (b) tit. 2. §. 1. tit. 4. §. item, & §. seq. tit. 10. tit. 11. libr. 1. tit. 2. in princ. tit. 20. in princ. tit. 25. §. vlt. tit. 32. & tit. seq. vers. quod autem lib. 2. feud. Nisi dominus non habeat alios Vasallos, aut eos quidem habeat, tempore tamen Inuestituræ absuerint, tit. 2. §. Si autem tit. 33. §. quod autem. tit. 58. §. quod autem, lib. 2. feud. vbi extranei, liberi tamen, admittuntur. Vt & si dominus pares curiæ, recusantes depositionem, non adegerit ad hoc, vt illud iuramento confirment. tit. 2. in prin. vers. quod si iurare, lib. 2. Aut de veteris inuestituræ probatione agatur, tit. 32. §. vlt. libr. 2. Gail. 2. obseru. 50. num. 4. & 5. Mascard. conclus. 940. num. 2. Qui à domino cogi possunt vt testimonium ferant, si veritatem non ignorent, tit. 2. in prin. vers. nam si instrumentū, tit. 58. §. si instrumentum. lib. 2. (c) tit. 26. §. hac omnia lib. 1. feud. Obst. videtur tit. 32. in prin. lib. 2. feud. qui tamen loquitur de re clerici propria, quarum ratione clericus pro laico habetur. l. 3. vbi Dd. C. de Episc. & clerec.*

XLVI.

Si desint testes, noua inuestitura per instrumentum inuestituræ, quod breue testatum placita feudorū appellant, (a) & duorum vel trium testium, extraneorum (b) quoque, subscriptionem continere volunt (c) probatur.

a) *Tit. 2. tit. 3. tit. 4. §. 1. §. item. & §. si quis. lib. 1. tit. 2. §. Si autem. tit. 25. §. vlt. libr. 2. feud. (b) tit. 32. libr. 2. idq; arguit oppositio testimonij parium curiæ, & breui testati. tit. 2. tit. 3. tit. 4. libr. 1. tit. 2. §. si autem. tit. 25. §. vlt. lib. 2. feud. quamuis excepto Cuiacio, communiter interpp. dissentiant.*

Si vtraq;

XLVII.

Si utraq; dictarum probationis specierum deficiat, ad iusiurandum, (a) seu iuratoriam defensionem (b) deuenitur.

a) Tit. 4. §. cum autem, vers. Si verò, tit. 10. tit. 16. lib. 2. feud. & quamuis iure communi actore non probante, reus absoluitur, & affirmanti actori, non reo, probatio incumbat, per iur. vulg. specialiter attamē feudistico iure actore affirmante, etiam nihil probante, reo iurare incumbit, tit. 4. §. Si verò, tit. 10. lib. 1. tit. 12. §. præterea, tit. 25. §. Si dominus, tit. 41. tit. 51. §. & similiter, lib. 2. feud. (b) tit. 4. in prin. §. 2. in fin. lib. 1. feud. tit. 2. §. pen. lib. 2.

XLVIII.

Defertur hoc iusiurandum vel à iudice, vel à parte. (a) Cum à parte defertur, aut præstandum est, aut ei qui detulit, referendum. (b) Siq; dominus Vasallo deferat iuramentum, vel hic illi, calumina iuramentum exigere nequit.

a) Tit. 33. §. & cum, lib. 2. (b) tit. 2. in prin. vers. nam si, tit. 33. §. & cum lib. 2. (c) tit. 33. §. in quib. lib. 2.

XLIX.

Qui hanc iuratoriam cautionem suscipit, is non solus, sed regulariter cum duodecim alijs ad hoc adhibitis, qui propterea sacramentales appellantur, iurat. (a) Assumit autem Vasallus in sacramentalium suorum numerū sex ad minimum cognatos; dominus verò si iuret, partim cognatos, partim Vasallos, partim extraneos, (b) adhibere potest. Sine sacramentalibus iurat dominus, si Vasallus actor, aliud, de quo controuersia non est, possideat feudum: (c) Vasallus verò hoc privilegio gaudet, si per annum sciente domino, & non contradicente, in possessione feudi fuerit. (d) Interdum etiam iurat Vasallus cum vno vel duobus conuasallis, in controuersia scilicet de seruitijs, quæ dominus negat sibi præstita, Vasallus verò affirmet. (e)

a) Tit. 10. tit. 26. §. Si quis, lib. 1. tit. 33. §. sacramentum, vers. & cum datur, lib. 2. feud. (b) tit. 33. §. & cum, vers. si à iudice, & vers. seq. lib. 2. (c) tit. 4. §. Si verò, tit. 10. vers. vtrum, lib. 1. feud. Cuiac. ad dict. tit. 4. p. 60. (d) tit. 26. §. Si autem, lib. 2. (e) const. Henr. 2. Imp. lib. 5. feud.

L.

Iurat autem regulariter ea pars in iudicio quæ feudum de quo lis est, possidet: (a) modo aliud sit quod ultra possessionem pro possessore faciat. (b) Et si de inuestitura lis sit, dominus inuestitor præcisè se non inuestiuisse, successor verò inuestitoris de credulitate iurat.

lll

a) Tit.

a) Tit. 4. in prin. vers. Si verò feudū. §. cum autem quis. §. item si Vafallus. §. similiter. §. Si quis de manso. tit. 10. tit. 23. tit. 26. §. Si autem. lib. 1. tit. 26. in princ. tit. 28. §. Si instrumentum, vers. domini. lib. 2. feud. (b) in iure enim feudorum casus occurrunt, vbi possessori denegatur iuramentum, vt in tit. 12. lib. 1. tit. 26. §. inter filium. lib. 2. Quandoq; etiam neutra pars iurat, tit. 33. §. sacramentum, lib. 2. tit. 33. §. dominus. tit. 38. §. cum datur. lib. 2.

L I.

Et tantum de iureiurando: sequitur Duellum, quod & singulare certamen appellant: quo litigatores armis ea lege concertant, vt ex euentu factum ambiguum notetur. Quod probandi genus etiam in controuersijs, feudalibus de infidelitate maximè Vafalli, receptū fuisse, ex textibus (a) iuris feudistici conuincitur. Similiter quoque olim in frequenti vsu constituta fuit, exploratio innocentix periculo frigida vel feruentis aquæ, ferri candentis, ingressionem in ignem. (b)

a) Tit. 39. §. penult. lib. 2. feud. & arg. const. Henr. II. Imp. lib. 2. feud. De Duello latius cum egerint, Clar. D. preses tract. de bello. lib. 2. cap. 1. & seqq. Hotomann. disput. feud. cap. 4. & c. & alij alibi, in presentiarum discurre super sedemus. (b) Hotoman. d. loc. cap. 44. quæ omnia abrogata & interdicta sunt in cap. delicti, de purg. vulg. & can. c. consulisti. 2. quest. 4.

L II.

Restat præsumptio quam interpp. nostros in feudalibus controuersijs probationis generibus annumerare suprâ diximus. Si ergò controuersia fuerit, res ne feudalis an allodialis sit, potius allodiam esse. (a) Vt &, si inter agnatos & dominum contentio existat, vtrum sit paternum feudum vel nouum, in dubio præsumptio, est paternum esse. (b) Quemadmodum potius ex pacto & prouidentia, quàm hereditarium, (c) & denique magis proprium, quàm improprium esse præsumitur.

a) Menoch. 3. præsumpt. 9. Mynsinger. 5. obseruat. 25. vt est cas. in tit. 26. §. 1. tit. 41. in princ. tit. 51. §. Si contentio, lib. 2. feud. alius in tit. 26. §. 1. vers. defuncto milite. tit. 41. in princ. vers. sed si. lib. 2. & rursus similis facti species reperitur in d. tit. 41. vers. item si tit. 51. §. si cōtentio, vers. & similiter. lib. 2. Huius præsumptiones variæ limitationes, quos referunt supra dict. Doctores, citatis locis, traduntur. (b) Tit. 26. in princ. lib. 2. feud. Menoch. 3. præsumpt. 93. (c) Mynsinger. 4. obseruat. 2. Menoch. 3. præsumpt. 94. num. 7. Hartm, Pistor. 2. quest. 1. num. 75. (d) Menoch. 3. præsumpt. 95.

Et tan-

LIII.

Et tantum de probatione causarum feudalium; reliqua est controuersia feudalium decisiō, qua iudex controuersiam partium sua sententia & pronuntiatione, definit; à qua parti condemnata appellare liberum est. (a) Quod si negligat, ad executionem vel ab ipso iudice, vel per superiorem, peruenitur. (b)

a) *VVesenb. c. 7. nu. 15. Gail. 1. obseru. 1. nu. 56. Rosenth. c. 12. concl. 72. (b) Rosenth. d. concl. c. 76.*

Parergon.

I.

Princeps legibus solutus non est.

l. 3. vbi Iohan. Dautb. C. de testam. l. 4. C. ad l. Falcid. l. Papinianus. 8. §. Si Imperator. ff. de inoffic. testam. vid. l. quod principi. 56. & l. princeps. 31. ff. de leg. Cuiac. lib. 15. obser. cap. 30. Diss. Bodin. 1. de rep. c. 8. & 10. Coras. miscell. lib. 2. c. vlt. Vasq. ill. quest. 51. nu. 29. & 32.

II.

Christiano principi contra aduersarium bella sibi inferentem, infidelium auxiliares copias aduocare, non esse consultum; exempla docent, & non licere quoque, saniores produnt Doctores.

Cacher. in fin. decis. tract. sing. Mons. de la Noue. discursu 30. Cl. Dn. praeses, 1. d. bello. c. 7. §. subditi.

III.

Donatio constantini Mag. cum factam nunquam fuisse constet, an consummata fuerit, vel valeat, frustra contenditur.

c. Constantinus. 3. dist. 96. Philip. Camerar. p. 1. subseciu. 61. Pruck §. soluta potestas. c. 4. memb. 2. eff. 7.

IV.

Papam per generale concilium iusta ex causa deponi posse, non ambigimus; & ab eodem ad illud prouocationem non esse prohibitam, certum est.

Panorm. tract. sing. de concil. Thom. Campeg. Bonon. Episc. Feltriens. tract. de auct. concil. Peregr. tract. de iur. fisc. 1. c. qui iura fiscalia habeant.

Cognitionem & diiudicationem matrimonij ad iudicem secularem referendam esse, sentimus.

Cum Marsil. de Padua, & Guil. Occam tract. de hac quest. sing. edito à Marquardo Frebero. Hubert. Giphani: in com. M. S. ad tit. C. de nupt.

Fœminarum imperium non prorsus contra naturam esse, quin iure publico alicuius populi admitti possit, & antiquissimis temporibus admissum fuerit, certum est: an verò conducat, politicè disquirere super sedemus. Illud non ineleganter controuertitur, an ea lege, qua fœminæ excluduntur à regni successione, excludantur etiam à regni procuratione & regimine? quod negamus.

latè P. Gregor. Tholos. 7. d. rep. 11. Vicens. Cabot. 1. disput. cap. 15. & aliquot seqq.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ OCTAVÆ.

Ka 3071

(3/4)


ULB Halle 3
003 261 573



sb

Einband. 3/1.





429.

Disputatio XVIII.

IN IUDICIO FEVDALI.

QVAM,

A. D.

SIDE CLAS-

T EMINENTISS.

N ILLVSTRI TVBINGEN-

MIA ANTECESSORE, PATRONO AC
honorando, Dn. Henrico Bocero, ordinarij
exercitij gratia, defendendam
suscipiet

GEORGIVS BESOLDVS,
Tubingensis.



TVBINGÆ,
Georgius Gruppenbachius.

ANNO M. DC.

iii

